

1623. d. 13. Julij

263

Stanislaus Lubjenski Nuncio Apostolico

45

Nolui haecenus gravissimas illustrissimae C. U. occupatio-
nes mejs literis interpellare, neque tamen ambigo, haerere
in animo illustrissimae C. U. aliquam mei memoriam, ego
certè colo, venerorq; absentem patronum meum, omniaq;
illi felicissima evenire exopto. Non ignorat fortasse
illustrissima C. U. me nuper nominatione sacrae regiae
Majestatis domini mei clementissimi, vacante Episco-
pato Lugo viensi, eo destinatum esse. Brevis ejus nego-
tij expediendi causa Varsaviam ad illustrissimam
C. U. mihi veniendum erit. Interim me et suo patrocinio
complectatur majorem in modum rogo, atque humillima
mea obsequia illustrissimae C. U. deferro. P. monasterio
Tinecensi d. 13. Julij.

[Faint, mirrored text, likely bleed-through from the reverse side of the page]